Caja
A-44

~~L=1 9 S N=7~~

Art. 5º disp. 2. ait sibi probabile quod possit dari creatura cui lumen gratiae sit naturale et debitum et quae solum non melius perfecti sine alio lumine uideat natura Deum et quae sit per naturam impeccabilis

Deinde ad eundem finem idem disp. 2. ait Authorem me id demonstrasse et soluisse argumenta tandem agnoscens eam sententiam esse contra Doctores theologos optat ut paulatim procedente tempore fiat probabilis et recipiatur.

loquitur cum manicheis et gentilibus dicentes nos uiolentia et fato impelli non minus ad malum quam ad ~~malum~~ bonum

4. Non reperitur hic modus loquendi apud patres imo damnatur a Concilio Colon. 11. D. Tho. 1. p. q. 41. ar. 2. ad 4. de pot. q. 2. ar. 3. ad 2m Gregor. in 1º sent. dist. 6. q. 1. com. 6. Lerar. 40 a. gent. cap. 11. Quamuis quidam ut Scotus admittunt patrem genuisse uoluntarie. Scilicet concomitante et causae. D. Clemens. lib. 6. const. apost. cap. 12. ubi damnat ...

Censura circa totum librum de concordia Ludouici Molina:

1º Dicit author admittendus uidebatur apud censores fidei purget se de uehementi suspitione et intentione heresis Pellagianae cui sepe fauet et sepe monitus non desistit liber tamen dignus est ut omnino prohibeatur (nec enim purgari potest cum passim in similibus locis scateat periculosis et erroneis doctrinis) nam parat uiam Antichristo dum contra merita christi et gratiam auxilio ac predestinationem plurimum tribuit uiribus naturalibus arbitrij nostri.

* Sicut predicans dicebat precursorem Antichristi non fuisse lutherum qui christum uidebatur honorare sed fore eum qui suscitabit errores Pelagij de liberi arbitrij uiribus contra gratiam Xpi

* Pelagius gratias egisset authori quasi patrono suo.

2º Illa nouitas concordiae (quam author sibi arrogat asserens etiam D. Augustinum D. Tho. et patres imo et Pellagium ac hereticos si aduertissent illam fuisse sibi consensuros) claret sepe absolute impias propositiones in quibus libros offendent quamuis uno aut altero loco obiter addat limitationem quandam utcunque tolerabilem.

3º contra sanam firmam ac receptissimam doctrinam a multis annis et hoc tempore apud sapientissimos theologos totius hispaniae imo totius fere orbis loquitur irreuerenter et periculose nec detinetur censura (quam agnoscit datam) S. officij.

4º. Blaspheme et Inuerecunde (more hereticorum bellicat) sanctos Patres sapientissimos et eos illorum sinus quos theologi certas ac indubitatas asserunt, ait authorem esse periculosos et esse occasionem multorum errorum et tollere libertatem arbitrij nostri et nec ab illis nec a Concilijs fuisse veritatem de predestinatione gratia et libertate arbitrij declaratam aut plane intellectam antequam author hunc librum conderet: quae res et contra sinceram fidem et contra bonos mores militat et nimis perniciosa est. Et periculum ut est hic error et hic impius mos loquendi serpat ut cancer in Hispaniam et extendatur ad alios errores.

5º In speciali de concursu generali Dei asserit quedam nimis falsa aut temeraria de gratia et auxilijs ita diminute et periculose ut aditum prebeat erroribus Pellagianorum aut reliquijs illorum qui dicuntur semi Pelligiani de quadam scientia Dei media ita asserit necessariam (cum ipsa circa pauca fuerit nota apud antiquos) ut multa hinc inferat temeraria contra torrentem theologorum. De providentia vero Dei subtrahit multa in quo suspectus est de fide et plusquam temerarius tandem de predestinatione Dei etiam circa apostolos asserit quedam erronea aut fortasse heretica contra SS. Pat.

Omnia hec et nostra quecunque subijcimus censurae sanctae matris Ecclesiae Romanae et gravissimorum patrum censorum fidei apud sancti officij Senatum in Hispania.

7

No Caja
1
A-44